



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Prima est consideratio declaratiue distinctionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

De desideranda utilitate Fo. xvii

Tertia est contemplatio desideranda de utilitate. **U**bi contemplari debemus utilitates maximas ex christi nostri natiuitate nobis puenientes. Circa hanc autem contemplationem notanda sunt tres considerationes.

Prima est consideratio declaratiue distinctionis.

Secunda est consideratio preparatiue dispositionis.

Tertia est consideratio perfectiue inquisitionis.

Prima est consideratio declaratiue distinctionis. ubi videtur consideranda est distinctio multiplex utilitatis ex domino natiuitate nobis puenientis. Est autem triplex huiusmodi beneficium

Primū est pacificatiue reconciliatiōnis

Secūm illuminatiue instructiōnis

Tertiū deificatiue filiatiōnis

Primum igitur est beneficium pacificatiue reconciliatiōnis. In cuius mysterium natus est dominus ipse pacis et ipso nato cantauerunt angeli Gloria in excelsis deo in terra pacem bonis uoluntatis. ut habetur Luc. ii. **U**n Ep. ii. Ipse est pax nostra etc. Secundum beneficium illuminatiue instructiōnis. In cuius mysterium natus est dominus illuminata est lux. i. claritas dei circumfulsit illi. Et ipse dominus dicitur Jo. vii. Ego sum lux mundi. Et Jo. i. Erat lux uera que illuminat omnem hominem uenturum in hunc mundum. Quante tenebre erant in mundo ante hunc lucis aduentum Isa. ix. Populus qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis. Sed heu nunc dicere possumus illud Jo. i. Lux uenit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.

Tertium est beneficium deificatiue filiatiōnis Gal. iii. **Q**uomodo uisus est filium suum etc. ut adoptione filioz reciperem. Et Jo. i. **Q**uomodo autem receperit eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Jo. i. **Q**uidem quod lem charitate dedit nobis deus ut filij dei nominemur et simus. Aug. Deus factus est homo ut homo fieret deus. i. Pet. i. **M**axima et preciosa uobis promissa donauit ut per haec efficiamini diuine consortes nature. haec et alia multa beneficia innumerabilia que ex christi natiuitate pueniunt nos inducere debent ad hanc sacra-

solemnitatem cum omni deuotione et spirituali leticia celebrandam. Legitur in libro petri dionysii. quod in nocte natalis domini quidam deuoto monacho uigilanti apparuit beata uirgo maria tenens filium in gremio et colludens cum eo. Cui filius. **O** matris dulcissima quanta est hodie leticia hominibus de natiuitate mea in qua uis te innocentia: doctrine affluentia: miraculorum excellentia: sacramentorum celestium preminentiā et abundantiam secretorum eius gratis dedi. Sed contra. quanto dolore et indigna nunc diabolus cruciat uidentem deum incarnatum.

Secunda est consideratiue preparatiue dispositiōis. ubi consideranda est dispositio preparatiua ad huiusmodi utilitates suscipiendas. Est autem precipue ad hoc necessaria triplex conditio que ex conditionibus pastorum accipi potest quibus reuelata est christi natiuitas.

Prima est humilitatis ac simplicitatis rectitudo. Erant enim pastores uiri simplices et humiles. **Q**ui multi tunc sapientes pharisaei principes: multiq; diuites iacebant in leticia et eis non est reuelatus orator saluatoris. Mat. x. Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. **S**ecunda est custodie sollicitudo. Erant enim custoditores gregum suorum in quibus designat quod christi natiuitas pdest eis que suas et commissas sibi animas custodiunt sollicitate. Deut. i. Anima tua sollicitate tua. Et Hier. vii. Passet unusquisque eos qui sub manu sua sunt. Et Act. x. Attendite uobis et uniuerso gregi in quo posuit uos deus regere ecclesiam.

Tertia uigilantia promptitudo. Erant pastores uigilantes. Non enim apparet christus dormitantibus in peccatis et negligentibus. Ideo Ep. v. Surge qui dormis et erurge a morte illi. te christus. Bern. **U**ligilantibus pastoribus annunciat gaudium lucis et quod esse natus saluator pauperum atq; laborantibus non uobis diuitibus qui uiam habetis consolatione non diuinam.

Tertia est consideratiue perfectiue inquisitionis. **U**bi consideranda est spiritualis triplex conditio requisita ad querendum christum et predictas utilitates.

Prima est seruos mentalis affectionis. **H**ec est enim radix omnis boni. **U**bi pastores

LL